

3. De Ordine quo proceditur.

Ordine alio res sunt causis priores, alio autem causae rebus; et illa quidem prioritas quoad nos dicitur, haec autem quoad se.

Priores quidem sunt causae tum ontologice tum scientificae: ontologice, quia res per causas constituuntur et producuntur; scientificae, quia in cognitione scientifica ex cognitis causis ad res cognoscendas proceditur.

Priores autem sunt ^{ipae} res tum in ordine inventionis tum in ordine certitudinis. Nam praeter scientiam, in qua res per causas cognoscuntur, alia \downarrow existit cognitio humana in qua res quidem apprehenduntur sed adhuc causae ignorantur; secus ~~namque~~ intellectus humanus ad causas inveniendas inquirendo et investigando procedere non posset. Praeterea, cum causarum ignorantia nobis facillima sit, difficillima autem causarum cognitio, maxime nobis manifesta atque certa sunt quae in apprehensione praescientifica innotescunt.

~~Quam ob rem, qui certitudinem scientiae maxime~~
principaliter intendit, ex iis incipere debet quae nobis sunt manifestiora ut, crescentibus certitudinibus, paulatim ad remotiora et nobis obscuriora demonstranda perveniat.

E contra, qui res per causas intelligere principaliter intendit, ab iis incipere debet quae, quamvis nobis sint maxime remota et obscura, tamen secundum se sunt priora; ~~ad idem ad intelligentiam gignendam ex primis causis~~
~~ordiendum est quae non per alias sed in se ipsis intelligantur~~
~~ordiendum est quae alias non praesupponant et deinceps~~
~~ordinate per intermedias in causas~~

Tertio, intelligentia stricte theologica est imperfecta.

Nam haec intelligentia non est divinus intelligendi actus
infinitus; neque est participatio seu communicatio quaedam
immediata actus divini per visionem beatam; sed citra visionem
invenitur et per formam finitam limitatur. Sed actus per
formam finitam limitatus nullo modo proportionatur ad actum
infinitem perfecte intelligendum. Et ideo, cum obiectum
intelligentiae theologicae stricte dictae sit mysterium
stricte dictum et in Deo absconditum, fieri non potest
ut intelligentia stricte theologica sit perfecta.

Quarto, intelligentia stricte theologica est analogica.

Nam actus intelligendi finitus directe respicit finitum et
ideo, nisi per viam analogicam, non extenditur ad Deum infinitum.

Quinto, intelligentia stricte theologica est obscura.

Nam valet via analogica in quantum existit similitudo quaedam
inter creaturam et creatorem. Sed "inter creatorem et creaturam
non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit
dissimilitudo notanda" (DB 452). Et ideo sicut ex
similitudine paritur lumen quoddam, ita ex dissimilitudine
pariuntur tenebrae.

Sexto, intelligentia stricte theologica minime mutat
sensus veritatis a Deo revelatae et ab ecclesia propositae.

~~Si autem idem verum~~ Nam aut idem verum ^{intelligitur}
Nam aut intelligitur id ipsum quod revelatum est aut aliud.
Si primum, nulla est mutatio. Si alterum, non habetur
illa intelligentia quae theologica ^{ideo} dicitur quia ipsa mysteria
respicit.

~~Septimo, intelligentia stricte theologica temporum
decursu augetur. Quod patet tum ex historia theologiae tum,
ex natura intellectus humani qui est in genere intelligibilium~~ ut potentia tantum.

quaerere an sit, aliud autem est quaerere quid sit. Si in illa operatione sanctorum sententias abicis et philosophicis dogmatibus quasi totaliter inniteris, a fide sane deficis. Quod tamen stare non potest cum eo quod prius asseritur, nempe, conflictum esse de omnibus fere dubitabilibus. Sin autem in prima intellectus operatione eaque tantum patrum sententias deseris et philosophicis dogmatibus quasi totaliter inniteris, quid aliud facere potest quam prius quoad nos scripturisticum et patristicum ita derelinquere ut ope philosophorum etiam paganorum prius quoad se theologicum invenias? Quod quidem prius theologicum nisi inveneris, ad scientiam theologicam nunquam pervenies. Accuratissime enim dixit S. Thomas: 'certificabitur quidem auditor quod ita est, sed nihil scientiae vel intellectus acquirat.'

Unde et triplex distinguitur conceptio: quidditativa quae in intelligentia ~~humana~~ ipsius rei fundatur; analogica quae in intelligentia alterius rei quodammodo similis fundatur; et nominalis quae in consuetudine linguistica sive ~~vulgar~~ vulgari sive scientifica fundatur.

emanatio: quaelibet origo.

emanatio intellectualis: emanatio quae neque in mineralibus, neque in plantis, neque in animalibus, sed ~~tantum~~ in hominibus secundum partem intellectivam eamque solam invenitur. Cf.

C. Gent., IV, 11, §§ 1 - 8. Sum. theol., I, q. 93, a. 6 c.

intellectualiter conscia: emanatio ^{quae} ~~ergo~~ ideo fit quia ratio eius intellectu conspicitur.

Alia scilicet fiunt sponte et natura, et ita lapis cadit secundum legem gravitatis, et oculus videt secundum immutationem organi, et appetitus sensitivus objecta convenientia prosequitur et inconvenientia fugit.

Alia autem fiunt intellectu et ratione, et ita homo concipit propter perspectam intelligibilitatem, iudicat propter perspectam evidentiae sufficientiam, eligit propter ^{affirmatam} ~~bonitatem~~ ^{bonitatem} ~~bonitatem~~ objecti bonitatem. ~~bonitatem~~

Eiusmodi ergo est emanatio intellectualiter conscia ut ideo fiat actus in objectum propter motivum quia iam factus est actus quo attinguntur et motivum et motivi habitudo ad objectum. V. g., eligitur medicina propter sanitatem quia intelliguntur et sanitas et necessitas medicinae ad sanitatem. Similiter affirmatur verum propter evidentiam sufficientem quia intelliguntur et sufficientia evidentiae et habitudo evidentiae sufficientis ad verum affirmandum.

Sed ab hac intelligentia hypothetica dupliciter differt intelligentia theologica: primo modo, quia hæc intelligentia et proportionata et clara ~~est~~ est, dum theologica et analogica et obscura invenitur; alio modo, quia per intelligentiam hypotheticam pedetentim ad verum ^{novum} ~~ignatum~~ ~~invenendum~~ proceditur, dum per intelligentiam theologicam verum iam antiquitus notum plenius apprehenditur.

Quarto denique modo ita comparatur prima intellectus operatio ad secundam ut, posita secunda, ita ad primam assequendam proceditur ut verum firmissima fide creditum aliquatenus intelligatur et plenius intra mentem suscipatur et efficacius in reliquum hominem influat. Porro, uti ex dictis patet, huiusmodi est intelligentia theologica. Et ideo rite comparatur scientia theologica ad scientiam subalternatam quæ principia sua ex alia scientia audiat: sicut enim astronomia accipit ⁱ principia ~~sua~~ ^{scientiis} sua ex mathematica et physica et chimica, ~~scientiis~~, ita theologia accipit sua principia ex illa superiori scientia quæ Deo propria est et beatis communicatur; sicut etiam astronomus sua principia ex intrinsicis non perspicit, ita etiam theologus principia sua ex intrinsicis non perspicit; sicut autem astronomus principia sua aliquatenus intelligit secus illis uti non posset, ita etiam theologus sua principia aliquatenus intelligit; sicut denique tandem posset astronomus sua principia ex intrinsicis perspicere quantum et mathematicus et physicus et chimicus fieri posset, ita etiam theologus potest sua principia ex intrinsicis perspicere, non quidem hac in vita, sed in altera cum ei concedatur ~~x~~ beata illa Dei visio quam hac in vita sperat.

Quinto, quamvis prima intellectus operatio secundum se neque vera neque falsa sit, tamen naturaliter cum secunda operatione connectitur et secundum hunc nexum naturalem ad verum et falsum comparatur. Quae quidem comparatio cum quadruplex ~~est~~ sit, quattuor comparationes sunt ins^tituendae.

Nam primo quodam modo ^{ita} comparatur prima operatio ad secundam ut, pos^tita prima, immediate atque necessario sequatur secunda; unde quaedam veritates dicuntur per se notae quoad nos seu principia analytica. Cum tamen in veritatibus eiusmodi intelligentia ^{sit} ~~est~~ perfecta et proportionata et clara neque ulteriorem perfectionem seu evolutionem admittat, omnino patet intelligentiam theologiam, quae et imperfecta ~~est~~ et analogica et obscura et pedetentim evolvens, ~~est~~, minime ad veritates per se notas quoad nos conducere.

Alio ergo modo ita comparatur prima operatio ad secundam ut, posita prima, necessario quidem sed mediate sequatur secunda; unde et fiunt ^t demonstrationes ex ⁱⁿ ~~in~~trinsecis rerum rationibus seu causis. Cum tamen etiam demonstrationes ex intrinsec^tis rerum rationibus seu causis in intelligentia perfecta, proportionata, clara, et iam plene evoluta fundentur, etiam patet intelligentiam theologiam ad demonstrationes eiusmodi non conducere.

Tertio autem modo ita comparatur prima intelligentia ad secundam ut, posita prima, clare quidem perspiciatur rem posse ita se habere sed utrum de facto ita se habeat prorsus indeterminatum maneat. Et eiusmodi est intelligentia quae in scientiis naturalibus nominatur hypothetica et eo probabilior habetur quo plenius atque accuratius ipsa hypothesis cum caeteris omnibus aliunde notis con^ocordat.

Sexto, ergo, comparatur intelligentia theologica ad verum revelatum vel tamquam intelligentia conclusionis quae ex vero revelato sive certo sive probabiliter deducitur, vel tamquam intelligentia hypotheseos quae ~~nummmandam~~ eo probabilior haberi potest quo plenius et accuratius cum ipsis veris revelatis concordat.

Ad quam comparationem intelligendam duo sunt notanda. Inprimis enim cum aliud sit verbum interius et aliud sit intelligendi actus ex quo verbum procedat, minime confundenda est ipsa intelligentia theologica, quae intelligendi actus vel habitus est, sive cum conclusione ex revelatis sive cum hypothesisi quae cum revelatis concordat. Omnis enim conclusio omnisque hypothesis est verbum quoddam; et nullum verbum est idem quod intelligere. Qua de causa, qui conclusionem ex veris revelatis deducit, eam intelligentiam quam de veris revelatis habet ad conclusionem extendit; et ideo nisi ipsam intelligentiam theologiam iam includit in veris revelatis considerandis, per solam deductionem ad eam intelligentiam non pervenit

quaerere an sit, aliud autem est quaerere quid sit. Si in illa operatione sanctorum sententias abicis et philosophicis dogmatibus quasi totaliter inniteris, a fide sane ~~est~~ deficiis. Sin autem de fide nulla ^{iam} est quaestio, si ad dubitabilia restringitur totus conflictus, quemadmodum fieri potest ut sanctorum sententiae abiciantur, ut doctores authentici ut Augustinus ~~villipendatur~~ villipendeantur, ut alterius ordinis doctrina philosophicis dogmatibus quasi ~~totaliter~~ totaliter innitatur, ut domus Dei impleatur idolis?

Una sola lege fieri potest ¹⁾ ut non de veris sed de intelligentia agatur; ²⁾ ut non de philosophica intelligentia sed de theologica agatur; ³⁾ ut eatenus tantum philosophica dogmata adhibeantur, quatenus initium quoddam atque fundamentum praebent, ut ex priori quoad nos scripturistico et patristico transeat ⁴⁾ ad prius quoad se theologicum atque systematicum; ut denique tandem hic totus processus ab eo describatur qui quid sit scientia theologica nequaquam intellexerit. Si enim primum, alterum, vel tertium negas, ad sola dubitabilia non restringitur conflictus; si autem quartum negas, malam fidem Ioanni imponis.

~~Saeculi XIII ergo illa erat magnitudo ut de facto naturam scientiae theologicae invenit et ipsam hanc scientiam ad actum produxit. Eiusdem autem saeculi atque subsequentium illa erat mentis hebetudo ut parum intelligeret quid factum fuerit. Quod si intellectum esset, nullus esse potuisset conflictus Augustino-Aristotelicus. Si intellectum esset, numquam facta fuisset tristes illa separatio inter prius scripturistico et patristicum et prius systematicum, ex qua ortae sunt ^{et} aridae illae atque vanae speculationes~~

sit

Cum enim in omnibus aliud ~~est~~ quaerere quid sit et aliud quaerere an sit, ita etiam in re theologica. Aliud ergo est sententias patrum derelinquere et paganam philosophorum doctrinam amplecti; aliud prorsus est ex priori quoad nos scripturistico et patristico ita transire ut ope philosophorum etiam paganorum quoddam prius quoad se theologicum inveniatur. Illud veritatem respicit; hoc nisi nostrum concipiendi modum non afficit. Iam vero si conflictus augustino-aristotelicus circa dubitabilia ~~erat~~ erat, circa indubitabilia fidei dogmata non erat; si circa indubitabilia fidei dogmata non erat, alterius ordinis doctrina neque sanctorum sententias ~~abiecit~~ abiecit neque quasi totaliter philosophicis dogmatibus est innixa. At si Ioannem Peckham audis, antecedens est affirmandum et consequens negandum